

1020, agost, 26

*Guillem Escuder fa donació al monestir de Sant Daniel d'una terra situada a la vall de Sant Daniel.*

ASD núm. 5, perg. orig., 85 x 338 mm.

In nomine Domini, ego Wilielmus Scutarius. Certum quidem et manifestum est enim quia placuit animis meis et placet nullius cogentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria et spontanea hoc elegit michi cum Deo bona voluntas, ut scripturam donationis fecissem sicuti et facio de ipsum meum alodem ad domum Sancti Danihelis cenobii qui est situs super ripam Gallicancii, qui mihi aduenit per inguadiacionem de Nicheo ebreo et de Gog ebraea uel per comparacione siue per qualicumque uoce. Et sunt ipsas terras et uineas et ipse alodius in comitatu Gerundense, in terminio uel ualle Sancti Danielis prescripti, in locum quem dicunt subtus Miralias, et affrontat de parte orientis in strada siue in Gallicantu, de meridie in torrente siue in terra de Isaach hebreo et de Bonafilia hebraea, de occiduo in cacumine montium de Miralias, de parte uero circi in torrente siue in terra Sancti Felicis. Quantum infra istas quatuor affrontationes includunt uel resonant, sic dono ipsum alodem totum ab integrum cum ipsas decimas et primicias que exierint de ipsis frugibus per totum omne tempus de prefato alode et de ipsos totos alodes quos emi de hebreos ad domum Sancti Danihelis, totum ab integrum, cum exiis uel regressiis earum, et est manifestum. Que uero predictas terras et uineas et predicta omnia de meo iure trado in dominio et potestate predicti cenobii ad omnia que facere uoluerint, inde habitantes in eo in Dei firmam habeant potestatem ex presenti die et tempore, et est similiter manifestum. Quod si ego donator prefatus aut ullus homo uel fémina contra ista scriptura donationis uenerit ad irrumpendum, non hoc ualeat uendicare quod requisierit, sed componat aut componant predicta omnia in duplo Sancto Daniheli prefato et habitantibus in eodem cenobio cum omni sua immelioratione, et inantea ista scriptura donationis in omnibus optineat roborem.

Facta ista scriptura donationis .vn. kalendas septembris anno .xxv. regnante Rodberto rege.

Sig+num Gulielmi Scutarii, qui ista donatione feci et firmaui et firmare rogauit. Sig+num Tedmar. Sig+num Tresmon. Sig+num alio Gulielmi.

Guifredus presbiter qui istam scripturam donationis rogatus scripsit (s. *man.*) die et anno quo supra.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 67-68